

regio ad ecclesiam pertinet solum et quod imperator de ipsa nullam
 habeat actionem. Multum^g rationabile^h iudicatur ad tollendam videli- 465
 cet omnem materiam litigii inter imperatorem et papam, utⁱ omnes
 regiones circumstantes tam a^j parte orientis quam a^k parte^k occidentis^l
 tam^l a^m parte meridiei quam septentrionis sintⁿ libere et nulla sit causa
 litigii inter eos, sic summi pontifices ordinauerunt. Unde Ludovicus^o 470
 imperator, filius Karoli magni, in quadam epistola, quam direxit Pas-
 chali pape, distinguit terras imperii^p a terris pape sive ecclesie Romane,
 quam ego vidi, preter ea, que in capitulo continentur^q iam allegato^r
Ego Ludovicus^s 129. Et hoc fecit de beneplacito pape prefati et quia
 verus catholicus, ut gesta Francorum scribunt^t 130. Quia igitur regnum 475
 Apulie et Sicilie adiri non potest per terram nisi per terras ecclesie, ad
 tollendam^u omnem occasionem tribulationis^v in alterutrum providit
 ecclesia et roboravit et confirmavit omnem donationem sibi factam ex
 tribus titulis superius tactis de^w regno prefato.

Et quamvis rationes inducte in eisdem titulis deberent sufficere, ea 480
 tamen, que in hoc quarto titulo ponuntur, etiam sine primis multum
 faciunt fidem, quod summus pontifex possit in talibus providere et ea
 disponere, prout ad ultimum iudicaverit^x finem melius posse pervenire.
 Et ut clarius adhuc^y appareat, accipiamus unam rationem philosophi-
 cam, quam doctor noster reverendus deducit, videlicet frater^z Thomas 485
 in tractatu De regimine principum ad probandum, quod sacerdotium
 Christi et per consequens sui vicarii ex sua commissione prefertur
 omni dominio, quia hec est maxim<o>^a fine^b in philosophia morali.
 Principium quia^c semper illius artis, *ad quam pertinet ultimus finis, est*

g) nullum P. h) rationabilem R. i) et V₃ R. j) ex V₁ V₂ V₃ L R.
 k–k) fehlt V₁ V₂ V₃ L R. l–l) occidens quam R. m) ex V₁ V₂ V₃ L R.
 n) sicut V₃ R. o) erg.: papa R. p) ecclesie V₃. q) erg.: contra V₁ V₂ V₃
 L. r) erg.: contra R. s) erg.: et cetera V₃. t) referent V₂. u) tol-
 lendum V₃ L. v) tribulationem V₁. w) de zweimal P. x) indicaverit R.
 y) hoc V₂ ad hoc L. z) fehlt P. a) maxima P V₁ V₂ V₃ L R. b) sine
 V₁ sive V₂ V₃ L. c) fehlt V₁ V₃ R quod V₂.

129) *Decretum Gratiani* (wie Anm. 4) Dist. 63 c. 30, 1 Sp.244f. Auch in *Historia ecclesiastica nova* (wie Anm. 2) XV 25, S. 340 Z. 28, bezeugt Tholomeus, den kaiserlichen Brief gesehen zu haben.

130) Vgl. Aimoin, *Historia Francorum* (wie Anm. 15) IV 116, fol. 99r; Astronomus. *Das Leben Kaiser Ludwigs*, hg. von Ernst TREMP (MGH SS rer. Germ. 64, 1995) c. 19, S. 334 Z. 17–20. Vgl. auch *Historia ecclesiastica nova* (wie Anm. 2) XV 21, S. 337 Z. 10ff.